vade ⁊ vende omnia que habes ⁊ da paupi
bus. Cui crathon dixit. Si vere deus magiſter
tuus eſt. ⁊ vult vt harum gemmarum preciū paupi
bus erogetur. fac vt reintegrentur vt ad eius fa
cias gloriam quod ego ad hominum feci famam. Tūc
beatus iohēs gemmarum fragmenta in manū
ſuā recolligens orauit ⁊ facte ſunt integre ſi
cut prius. Statimq; philoſophus ⁊ illi duo iuuenes
crediderūt. ⁊ gemmas vendētes preciū pau
peribus erogarunt. ¶ Duo inſuper iuue
nes honorati horum exemplo vēditis omnibus
et pauperibus erogatis apoſtolum ſecuti ſunt. Qua
dam aūt die videntes ſuos ſuos preciosis in
dumentis fulgētes. ⁊ in vili pallio ſe egentes
contriſtari ceperūt. Quod cum ſanctus iohānes
aduertiſſet eo quod facie triſtes eſſent. virgas ⁊ la
pides a litore maris deferri fecit. ⁊ eos in au
rum ⁊ gēmas conuertit. Qui iuſſu apoſtoli vniuer
ſos aurifices ⁊ gēmarios per ſeptem dies que
rentes. reuerſi ſunt dicētes. quod illi nunq; tā purum
aurum ⁊ tā preciosas gēmas ſe vidiſſe teſtati ſunt
Dixitq; eis. Ite ⁊ redimite vobis terras quas
vendidiſtis. quia celorum premia perdidiſtis. Eſto
te floridi vt marceſcatis. Eſtote diuites tem
poraliter vt in perpetuū mendicetis. Tūc apo
ſtolus contra diuitias diutius cepit diſputare
oſtendens quod ſex ſunt que debent nos ab im
moderato diuitiarum appetitu retrahere. Pri
mum eſt ſcriptura. Unde recitauit hiſtoriam de
diuite epulone quē dominus reprobauit. et de la
zaro paupere quē dominus elegit. Secūdū eſt na
tura. quia homo nudus ſine diuitijs naſcitur.
⁊ nudus ſine diuitijs moritur. Tercium eſt crea
tura quia ſol. luna. ſidera. pluuia. aer. omnibus
ſunt cōmunia. ⁊ cōmuniter ſua beneficia om
nibus largiuntur. ſic ⁊ inter homies omnia cō
munia eſſe deberent. Quartum eſt fortuna.
Dixit enim quod diues ſeruus efficitur nummi ⁊
diaboli. Nummi quia nō poſſidet diuitias ſed
ipſe a diuitijs poſſidetur. Diaboli quia iuxta euā
gelium amator pecunie ſeruus eſt mamone.
Quintū eſt cura. quia habent curā ⁊ ſolicitudi
nem diurnā ⁊ nocturnā in acquirendo ⁊ in cu
ſtodiendo. Nam in acquirendo habent laborem
⁊ in cuſtodiendo timorē. Sextum eſt iactu
ra. ⁊ oſtendit quod diuitie ſūt cauſa duplicis ia
cture. vnius que eſt in acquiſitione duplicis ma
li ſcilicet mali in preſenti quod eſt elatio. ⁊ mali in futu
ro quod eſt eterna damnatio. ⁊ alterius que ē in
perditione duplicis boni. ſcilicet boni in preſenti quod eſt
gratia. ⁊ boni in futuro quod eſt eterna gloria.
¶ Cū igitur ſanctus iohānes contra diuitias
taliter diſputaret. ecce iuuenis quidā mortuus
efferebatur qui triginta dies habebat quod vxorem
acceperat. Veniens igitur mater vidua et ceteri
qui eum flebant ad pedes apoſtoli prociderunt. ro
gantes quod hunc quoq; ſicut druſianam in nomie
domini ſuſcitaret. Flente igitur apoſtolo diutius et oran
te continuo reſurrexit. Precepitq; ei vt illis
duobus diſcipulis enarraret quantā incur
riſſent penā. et quātā gloriā perdidiſſent. Qui
multa de gloria paradiſi ⁊ de penis inferni que
viderat enarrauit dicens. O miſeri vidi an
gelos veſtros flentes ⁊ demones gratulātes
Dixitq; eis quod perdidiſſent eterna palatia que
ſunt gēmis coruſcantibus fabricata. clarita
tis mirabilis contentiua. copioſis epulis refer
ta delicijs plena. gaudijs glorioſa. ⁊ in perpe
tuum permāſura. De inferno aūt octo penas
dixit. que his verſibus continentur. Vermes et
tenebre flagellum frigus ⁊ ignis. Demonis
aſpectus ſcelerum confuſio luctus. Tūc ille qui
fuerat ſuſcitatus. ⁊ illi duo diſcipuli ad pedes
apoſtoli ſe proſternentes rogabant vt miſericordi
am conſequerentur. Quibus apoſtolus ait. Triginta
diebus penitentiam agite. inter quos orate vt vir
ge ⁊ lapides ad naturā priſtinam reuertantur.
Quod cum factum eſſet ait eis. Ite ⁊ vnde tuliſtis
virgas ⁊ lapides deferatis. Quod cum feciſſent
⁊ virge ⁊ lapides in ſui naturā reuerſi fuiſſent
omnium virtutum gratiam quam prius habuerant
receperūt. ¶ Cum aūt beatus iohānes
per totā aſiam predicaſſet. cultores idolorum ſedi
tionē in ipſo concitantes iohānem ad templū
dyane trahebāt cogētes eū ſacrificiū offerre
Quibus iohānes hāc diſtinctionem propoſuit. vt
aut ipſi ad inuocationē dyane eccleſiam chriſti
euerterent. ⁊ ipſe idolis ſacrificaret. aut ipſe ad
inuocationem chriſti templū dyane euerteret et
ipſi in chriſtum crederent. Huic ergo ſententie
cū maior pars populi conſenſiſſet exeuntibus cūctis
de templo. orauit apoſtolus. ⁊ funditus templum
corruit. ⁊ dyane imago penitus cōminuta eſt
Ariſtodemus aūt pontifex idolorum in populo

ſeditionē maximā ꝯcitauit. ita vt vna ps cō
tra aliam ad ꝑliū pareť. Cui aplus. Quid
tibi vis faciā vt placeris. Cui ille. Si vis vt
credam in deū tuū dabo tibi venenū bibere.
⁊ ſi nullā in te leſionē tulerit verꝰ deus dñs
tuꝰ apparebit. Cui aplus. Fac vt locutꝰ es. Et
ille. Uolo vt alios inde morientes videas vt
ſic ampliꝰ ꝑtimeſcas. Pergens igiť ariſtode
mus ad ꝓconſulem. duos viros decapitādos
petijt. ⁊ eis corā omnibꝰ venenū dedit. Qui
mox vt venenū biberūt ſpūm exalarūt. Tūc
aplus calicem accipiēs ⁊ ſigno crucis ſe mu
niēs totū venenū bibit ⁊ nullā leſionē incur-
rit. Quapropť deum oēs laudare ceperunt.
Ariſtodemꝰ aūt dixit. Adhuc mihi ineſt du
bietas. ſȝ ſi veneno mortuos ſuſcitaueris. abſ
qȝ dubio vē credam. Tūc aplus ei tunicam
ſuā tribuit. Cui ille. Cur mihi tunicā tuā de
diſti. Cui aplus. Ut ſic ꝯfuſus a tua infideli-
tate diſcedas. Cui ille. Nunqd tunica tua cre
dere me faciet. Et aplus. Uade ⁊ mitte eam
ſup corpa defunctorū dicens. Aplus chriſti
me miſit ad vos vt in chriſti noīe exurgatis
Qd cum feciſſet ilico ſurrexerūt. Tūc aplus
pontificē et ꝓconſulē credētes cū omni paren
tela ſua in chriſti noīe baptizauit Qui in ho
norem beati iohannis eccliam ꝯſtruxerunt.
G ¶ Refert beatus clemēs ſicut in quarto
libro eccliaſtice hiſtorie inueniť ꝙ quodā tpe
aplus quendā iuuenē pulcrū et ferocē ꝯuer-
tit. ⁊ eū cuidam epō ſub depoſiti noīe cōmē-
dauit. Poſt aliqd aūt tpus iuuenis dereli-
quit epm. ⁊ factꝰ eſt ꝑnceps latronū. Aplus
itaqȝ ad epm venit ⁊ ſuū depoſitū requiſiuit
Cunqȝ ille de pecunia intelligeret. ⁊ ex hoc ve
hementeř ſtuperet. dixit ei aplus. Iuuenē illū
a te repeto quē tibi tā ſtudioſe recōmēdaui.
Cui ille. Pater ſancte in aīa mortuꝰ eſt. ⁊ in
tali monte cū latronibꝰ degit. quorū ipſe prin
ceps exiſtit. Quibꝰ auditis veſtē ſuā ſcidit
⁊ caput ſuū pugnis feriēs. bonū inquit te cu
ſtodem fratris aīe dereliqui. Confeſtim igiť
equū ſibi parare iuſſit. ⁊ ad illū montē intre
pidus cucurrit. Quē cū iuuenis inſpexiſſet
pre pudore nimio ſtatim equū aſcendit ⁊ velo
cius aufugit. Aplus aūt etatis oblitꝰ. vrget
calcaribꝰ. equū ⁊ poſt tergū clamitat fugien
tis. Ut quid fili dulciſſime fugis patrē ſenē et
inermē. ne timeas fili. qr ꝑ te chriſto rōnem
reddā. ⁊ certe ꝑ te libenter moriar. ſicut xp̄us
ꝓ nobis eſt mortuꝰ. Reuertere fili reuertere
qr deus me miſit. Qui audiens cōpunctus
redijt ⁊ amariſſime fleuit. Aplus aūt ad pe-
des eiꝰ ꝓcidit. ⁊ manū eius tanqȝ ꝑ pniam
iam purgatā oſculari cepit. Ieiunante igiť ⁊
orante ꝓ eo aplo veniam impetrauit. ipmqȝ
poſtmodū in epm ordinauit. ¶ Legiť quo-
qȝ in eadē hiſtoria eccliaſtica. ⁊ habeť in glo
ſa ſup ſecundā canonicā iohānis. ꝙ cū iohā
nes apud epheſum balnea lauādi gratia in
troiſſet. ⁊ ibidē cherintum hereticū vidiſſet. ꝓ
tinus exilijt dicens. Fugiamꝰ hinc ne balnea
ſup nos corruant. in qbus lauať cherintus
vitatis inimicus H ¶ Cum auis que per
dix dr. vt ait caſſianus in libro collationū. vi-
ua beato iohāni a qdam oblata fuiſſet. ⁊ ille
eam qſi demulcendo tāgeret ⁊ cōtrectaret. q
dam adoleſcens hoc vidēs ad coeuos ſuos ri
dendo dixit. Uidete quō ille ſenex cū auicu
la ſicut puer ludit. Qd beatus iohes ꝑ ſpūm
recognoſcēs iuuenem ad ſe vocauit. Cui di-
xit adoleſcens. Tu ne es iohes q talia agis ⁊
tam ſanctus haberis. Quē iohānes quid in
manu teneret reqſiuit. Cui cum ſe arcum di
ceret tenere ait. Quid inde facis. Et iuuenis.
Aues inde ac beſtias ſagittamꝰ. Cui aplus
Qualiter. Tunc iuuenis arcū cepit tendere
⁊ tenſum in manu tenere. Sed cū nil ei apls
diceret. iuuenis arcum diſtendit. Cui iohes
Quare fili arcū diſtendiſti. Et ille. Quia ſi
diutius tenſus tenereť. ad iacienda iacula in
firmior redderet. Et aplus ad hoc. Sic ⁊ hu
mana fragilitas ad ꝯtemplationem minus
valida fieret. ſi ſemp in ſuo rigore ꝑſiſtēs fra-
gilitati ſue interdum condeſcendere recuſaret
Nam ⁊ aqla cunctis auibꝰ celſius volat ⁊ ſo
lem clarius ꝯſpicit. ⁊ tñ nature neceſſitate ad
ima deſcendit. Sic ⁊ humanꝰ animꝰ cum ſe
modicū a ꝯtemplatione retrahit crebra īno
uatione ardentiꝰ ad celeſtia tēdit. ¶ Beatꝰ
igiť iohes vt teſtať hieronimꝰ cum ipſe vſqȝ
ad ipſam ſuā vltimā ſenectutem epheſi mo
raret. ⁊ vix inť diſcipulorū manꝰ ad eccliam
deferret. nec plura vba dicere poſſet. ad quā

libet pauſam hec dicebat v̓ba. Filioli diligite
alterutrũ. Tandẽ frẽs qui cũ eo erant admi:
rantes ꝙ ſp eadem verba diceret. dixerunt ei
Magiſter q̃re ſemp loqueris hec v̓ba. Qui
r̃ndit. Quia p̄ceptũ dñi eſt. et ſi ſolũ hoc fiat
ſufficit. ¶ Refert q̃ʒ helinandꝰ ꝙ cũ iohãnes
euãgeliſta euãgeliũ ſcribere deberet. p̄us in:
dixit ieiuniũ vt oraret ſe digna ſcpturũ. Fert̃
autẽ ip̄m p̄ illo loco ſecretiſſimo. in q̊ diuina
ſcpturus ſeceſſerat oraſſe vt nullas huic inſi:
ſtens opi ibi ventoꝝ aut imbriũ iniurias pa
teret̃. Hãcq̃ʒ eidẽʒ loco vſq̃ʒ hodie reuerẽtiaʒ
elementa ſuare dicunt̃. Hec helinandꝰ J

¶ Cum igit̃ eſſet nonagintanouẽ annoꝝ. et
a paſſione dñi ſm yſidoꝝ. ãno. lxvij. apparuit
ei dñs cũ diſcipulis ſuis dicẽs. Ueni dilecte
mi ad me. qꝛ tp̄s eſt vt in menſa mea cũ tuis
fratribꝰ epuleris. Surgẽs aũt iohẽs cepit ire
Cui dñs. Dñica die ad me venies. Ueniẽte
igit̃ dñica vniuerſus pp̄lus ꝯuenit in eccl'iaʒ
que fuerat ĩ ipſiꝰ noĩe fabricata. Qui a p̄mo
pulloꝝ cantu p̄dicauit eiſdẽ. hortans eos vt
in fide eẽnt ſtabiles. ⁊ in mãdatis dei feruen
tes. Poſt h̄ foueã quadratã iuxta altare fe:
cit fieri. ⁊ terrã extra eccl'iam iactari. Deſcen
denſq̃ʒ in foueã expãſis ad deũ manibꝰ dixit
Inuitatꝰ ad ꝯuiuiũ tuũ dñe ieſu chriſte ecce
venio grãs agens. qꝛ dignatꝰ es me ad tuas
epulas inuitare. ſciens ꝙ ex toto corde meo
deſiderarẽ te. Cũq̃ʒ orõnẽ finiſſʒ tãta lux ſup
eum emicuit ꝙ nullus in eũ reſpicere potuit
Recedẽte aũt lumine. mãna fouea plena in
uenit̃. qđ ĩ loco illo vſq̃ʒ hodie generat̃. ita vt
in fũdo fouee inſtar minute arene ſcaturire
videat̃. ſicut in fontibꝰ fieri ꝯſueuit ¶ San
ctus eadmũdus rex anglie nulli petẽti in no
mine ſancti iohĩs euangeliſte aliq̃d denega:
bat. Uñ ꝯtigit ꝙ q̃dem p̄egrinus abſente ca
merario in noĩe ſãcti iohãnis euãgeliſte im:
portune a rege elemoſinam poſtularet. Cui
rex p̄cioſum anulũ cum nil aliud in p̄mptu
haberet dedit. Sʒ poſt plures dies q̃dã mi
les anglie in trãſmarinis ptibus ꝯſtitutus.
ab eodẽ p̄egrino anulũ regi referendũ in h̄
v̓ba recepit. Ille cui et p̄ cuiꝰ amore anulum
hũc dediſti tibi remandat. Uñ liq̃do patuit
ꝙ beatus iohẽs eidem in forma apparuit pe
regrini. ¶ Iſidorꝰ in libro đ ortu vita ⁊ obi
tu ſanctoꝝ patꝝ. Mutauit iohãnes in auꝝ
ſilueſtres frondiũ v̓gas. litoreaq̃ʒ ſaxa in gẽ:
mas. gemmaꝝ fragmina in p̄priã reforma:
uit naturã viduam p̄cepto pp̄li ſuſcitauit. et
rediuiuũ corpus iuuenis remeãte anima re
parauit. bibẽs letiferũ hauſtũ euaſit p̄iculuʒ
et eodem poculo p̄ſtratos in vite reparauit
ſtatum. Hec Iſidorus.

X A

## De innocentibus

Innocentes dicti
ſũt triplici rõne. ſ. rõne vite. rõne
pene. rõne innocẽtie aſſecute. Rõne vite dicti
ſunt innocẽtes. ex eo ꝙ vitã innocentẽ. i. non
nocentẽ habuerũt. Nulli ei vnq̃ʒ nocuerũt.
nec deo p̄ inobedientiã. nec p̄ximo p̄ iniuſti:
ciam. nec ſibi p̄ alicuiꝰ peccati maliciã. Et iõ
dicit̃ in p̄s. Innocẽtes ⁊ recti adheſerũt mihi
Innocẽtes in vita. ⁊ recti in fide. Rõne pene
q̃niam innocent̃ ⁊ iniuſte paſſi ſunt. Uñ p̄s.
Effuderũt ſang̃nem innocentẽ ⁊c. Rõne in:
nocentie aſſecute. q̊niam in ipſo martirio aſ:
ſecuti ſunt baptiſmalem innocentiã. i. ab ori
ginali pcc̃o mũdiciã. De qua innocentia đr
in pſal'. Cuſtodi innocentiã ⁊ vide eq̃tatem. i.
cuſtodi innocentiaʒ baptiſmatis. ⁊ poſtmo
dum vide eq̃tatem bone op̄ationis. B

Innocẽtes ab herode aſcalonita in
terfecti ſunt. Tres eĩ herodes ſacra
ſcptura cõmemorat. quos famoſos
fecit eoꝝ infamis crudelitas. Primꝰ dictus
eſt herodes aſcalonita ſub quo dñs natꝰ eſt
et a q̊ pueri occiſi ſunt. Secũdus dictꝰ eſt he
rodes antipas q̃ iohẽm decollauit. Tercius
dictꝰ eſt herodes agrippa. q̊ iacobũ occidit et
petrũ incarcerauit. Uñ de hoc extant v̓ſus.
Aſcalonita necat pueros. antipa iohãnem.
Agrippa iacobũ. claudens in carcere petruʒ
Sʒ p̄mi herodis hiſtoriã breuiter videamꝰ
Antipat̃ idumeꝰ vt in hiſtoria ſcolaſtica le:
git̃. neptem regis arabũ duxit in vxorem. ex
qua filiũ habuit quẽ vocauit herodem. qui
poſtmodũ aſcalonita dictꝰ eſt. Hic a ceſare
auguſto regnũ iudee accepit. Et tũc p̄mitus
ablatũ ẽ ſceptꝝ đ iuda. Huic ſex filij nati ſũt. ſ.

Antipat. Alexāder. Ariſtobolꝰ. Archelauſ Herodes antipas. ⁊ Philippꝰ. Alexandrū at ⁊ ariſtobolū ex eadē matre iudea genitos romam miſit liberalibꝰ artibus imbuēdos. Poſt h̄ a ſtudio redierūt. Et erat alexander grāmaticꝰ. ariſtobolꝰ aūt acerrimꝰ ꝑorator Jamq̃ȝ liberi licentiꝰ de ſuſceptōne regni cū patre diſceptabāt. Ob hoc pat̄ offenſus antipatrē illis ꝑponere ſatagebat. Cūq̃ȝ illi de morte patris tractaſſent. ⁊ ob hoc a patre reiecti fuiſſent ceſarē adeūt de patris iīuria cōqueſturi. Interea magi hieroſolimā venūt ⁊ de ortu noui regis diligentiꝰ ſciſcitanť. Herodes h̄ audiēs ꝑturbať. timēs ne de veroꝝ regū genere aliq̄s natꝰ eſſet. q̄ eū tanq̄ȝ regni inuaſorē expelleret. Rogat igiť magoſ vt eo inuēto ſibi renūcient. ſimulās ſe velle adorare quē volebat occidere. Veruntñ magi per aliā viā reuerſi ſūt in regionē ſuā. Vidēs herodes ꝙ nequaq̄ȝ ad ſe venirēt. ſtelle viſione eos deceptos ad ſe redire erubuiſſe credidit et iō ab inq̄ſitione pueri animuȝ reuocauit. Cum aūt audiſſet q̄ paſtores dixerant. ⁊ que ſimeō ⁊ āna ꝓphetauerāt vehementͤ timuit ⁊ ſe a magis turpiťͤ illuſum putauit. Tūc herodes de nece pueroꝝ q̄ erāt in bethleem tractare cepit vt cū eiſ ille quē ignorabat occideret. Ad monitionē aūt angeli ioſeph cū puero ⁊ matre in egiptū ī ciuitatē hermopolim fugit. ibiq̃ȝ ſeptē ānis vſq̃ȝ ad obitū herodis ꝑmāſit. Ingrediēte igiť dn̄o egiptū ſ̄m eſaie vaticiniū vniuerſa idola corruerūt. Tradūt q̄ȝ ꝙ ſicut in exitu filioꝝ iſrael de egipto non fuit domꝰ in egipto. in qua ꝑcurāte dn̄o nō iaceret mortuū ꝑmogenituȝ. ita nec tūc fuit templū in q̄ non corruiſſet idolū. ¶ Refert Caſſiodorꝰ in hiſtoria triptita ꝙ ī hermopoli ciuitate thebaide dicať eē arbor q̄ vocať perſidis valens in ſalutē multoꝝ ſi fructꝰ aut folium aut ps corticis collo egrotātiū alligeť. Cū igiť bt̄a maria cū filio in egiptū fugeret. h̄ arbor vſq̃ȝ ad terrā inclinata ē. et xp̄m ſupplicīē adorauit. Hec caſſiodorꝰ. C ¶ Cū igiť herodes ð nece pueroꝝ diſponeret. a ceſare auguſto ꝑ epl'aȝ eſt citatꝰ. filioꝝ accuſationibꝰ reſpōſurus. Qui cum ꝑ tharſum iter faceret intellexit ꝙ magos naues tharſenſiū trāſuexiſſent. et iō omēs naues tharſis cōburi fecit ſ̄m q̄d ꝑdictū fuerat. In ſpū vehemēti ꝯtereſ naues tharſis. Cūq̃ȝ pať cum filiis coraȝ ceſare diſceptaret. diffinitum eſt vt filij patri in omnibꝰ obedirēt. ⁊ ipſe cui vellet regnum dimitteret. Rediēs igiť herodes. ⁊ ex ꝯfirmatione factꝰ audacior. mittens occidit oēs pueros q̄ erant in bethleem a bimatu ⁊ infra. ſecundū tp̄us q̄d exq̄ſierat a magis. Hoc aūt duplicē ītelligētiā ꝯtinet. Primo vt infra dicat ordinē tp̄is. ⁊ eſt ſenſus a bimatu ⁊ infra id ē ab infantibꝰ duoꝝ ānoꝝ vſq̃ȝ ad pueros vniꝰ noctis. Hidicerat ei herodes a magis ea die q̄ ſtella apparuit eiſ dn̄m natū eſſe. ⁊ qȝ iaȝ annꝰ fluxerat eo ꝙ romā ierat ⁊ redierat dn̄m anniculū ⁊ aliquoꝝ inſuꝑ dieꝝ eſſe credebat. Ideoq̃ȝ ſuꝑ etatē eiꝰ vſq̃ȝ ad bimos et infra. i. vſq̃ȝ ad vniꝰ noctis infātes deſeuit in pueros. timēs pueri morphoſeon. ne ſcȝ puer cui ſidera famulabanť ſupra etatē ſuā vel infra faciē trāſformaret. Et hec ſnīa vſitatior habeť ⁊ verior reputať. Alio mō exponiť ſ̄m Chryſoſtomū vt infra dicat ordinē numeri ⁊ eſt ſenſꝰ. A bimatu ⁊ infra. i. a pueriſ duoꝝ annoꝝ vſq̃ȝ ad pueros q̄nq̃ȝ annorū. Dicit ei ſtellā ꝑ annū añ ortū ſaluatoriſ magis apparuiſſe. Herodes aūt poſtq̄ȝ h̄ a magis didicit. romā vadēs adhuc ꝑ ānū diſtulit. Credebat aūt tūc dn̄m natū fuiſſe qñ magis ſtella apparuit. et iō dn̄m duoꝝ annoꝝ eſſe credebat. Vñ pueros bimos occidit. et deinceps vſq̃ȝ ad q̄nq̃ȝ annos. ſed nō minores bimis. Cui aſſertioni fidē facere videť ꝙ quedā oſſa innocentiū habenť adeo grādia ꝙ bimoꝝ eē nō pñt. Poť tñ dici ꝙ lōge maioris erāt tūc hoīes q̄ntitatis q̄ȝ mō. Ipſe aūt herodes ſtatim ibidem punitꝰ eſt. Nā ſic ait macrobiꝰ al's methodiꝰ. ⁊ in quadā cronica legiť. vnꝰ puulꝰ filiꝰ herodis ibidē ad nutriendū caſu fuerat datꝰ. q̄ cū aliis a carnificibꝰ eſt occiſuſ Tūc impletū ē q̄d dictuȝ eſt ꝑ ꝓphetaȝ. Vox ploratꝰ ⁊ vlulatꝰ piaꝝ ſcȝ matruȝ audita eſt in rama. i. in excelſo. D ¶ Deꝰ aūt iudex iuſtiſſimꝰ vt in eiſdē hiſtoriis legiť ſcolaſticiſ nō eſt paſſꝰ tantā herodis neq̄ciā remanere impunitā. diuino ei iudicio factū eſt vt q̄ multos orbauerat filiis. ipſe ſuis miſerabiliꝰ or-

baret. Nā alexander ⁊ ariſtobol⁹ iteꝝ patri habiti ſunt ſuſpecti. Cōfeſſus aūt vn⁹ de eoꝝ cōplicib⁹ ꝙ alexāder multa ſibi donaria promiſiſſet ſi patri venenū ꝓpinaret. Confeſſus eſt etiā ⁊ barbitonſor de ꝓmiſſis ſibi muneribus. ſi dū patris barbā raderet eū ꝯtinuo iugularet. Addiditqꝫ alexandrū dixiſſe. nō eſſe ponendā ſpem i ſene q̄ ſibi capillos tingeret vt iuuenis appareret. Ob h̄ pat̄ irat⁹ eos occidi fecit. antipatrē aūt futurū regē inſtituit. Sꝫ ipſi antipatri herodē antipā in regnum ſubſtituit. Inſup herodē agrippā et herodiadē vxorē philippi. qs ex ariſtobolo ſuſcepat patna dilectōne fouebat. Hac duplici de cā antipat̄ intollerabile ꝯ patrē ꝯcepit odium intātū ꝙ eū attemptauit occidere ꝑ venenū. Qđ herodes ꝑſentiens eū in carcere poſuit. Auguſt⁹ aūt ceſar audito ꝙ herodes filios occidiſſet. dixit. Mallē eſſe herodis porcus q̄ꝫ fili⁹. q2 cū ſit ꝓſelit⁹ porcis pcit. ⁊ filios occidit. ¶ Ipſe autē herodes cū iam ānos. lxx. haberet in grauiſſimā egritudinem cecidit. Nā febre valida. prurigine corꝑis. colli ꝯtinuis tormentis. pedū inflatōne. vmeſcentib⁹ teſticulis. intolerabili fetore. crebro anhelitu. ⁊ interruptis ſuſpirijs torquebat̄. A medicis vero in oleo poſit⁹ inde q̄ſi mortuus eſt ablatus

E ¶ Audiēs aūt iudeos mortē ſuā cū gaudio expectare nobiliores iuuenes ex omni iudea collectos in carcere poſuit. dixitqꝫ Salome ſorori ſue. Scio iudeos d̄ morte mea gauiſuros. Sꝫ potero habere multos lugētes ⁊ nobiles exeqas mei funeris. ſi meis volueris pere mādatis. vt cū ſpūm emiſero cūctos occidas quos in cuſtodia ſeruo. vt ſic oīs iudea me defleat licet inuita. Habebat autē in ꝯſuetudine vt poſt oēm cibū pomū ꝑ ſe gladio purgaret ⁊ comederet. Cūqꝫ gladium in manu teneret. tuſſiqꝫ violenta diſtēderet̄. circūſpiciens ne ſe aliqs impediret. ſeipm ꝑcuſſurus manū dexterā ſuſtulit. Sꝫ ꝯſobrinus eius ſuſtinēdo dexterā ei⁹ impediuit. Ploratin⁹ aūt qī rex mortu⁹ eſſet in aula regia vlulat⁹ inſonuit. Quo audito exultat ātipater. multaqꝫ ſi ſolueret̄ cuſtodibus pollicet̄. Qđ cū ꝯgnouiſſet herodes. grui⁹ filij exultationē q̄ꝫ ꝓpriā tulit mortē. Mittenſqꝫ ſatellites eū occidi fecit ⁊ archelaū p⁹ ſe regnaturuꝫ inſtituit. Sicqꝫ poſt q̄nqꝫ dies mortu⁹ eſt. i. alijs fortunatiſſim⁹. in rebus domeſticis infeliciſſim⁹. Salome aūt ſoror ei⁹ oēs abſoluit qs rex occidi mandauerat. Remigi⁹ aūt in originali ſup Matheū dic̄ ꝙ herodes gladio q̄ pomuꝫ purgabat ſe ꝑemit. et ꝙ ſalome ſoror ei⁹ omnes victos ꝑut cū fratre ordinauerat interfecit.

XI A

## ¶ De ſancto thoma cantuarienſi

Thomas interpretat̄ abyſſus. gemin⁹. vł ſect⁹. Abyſſus. i. ꝓfund⁹ in humiliatione qđ pꝫ in cilicio ⁊ pedū paupeꝝ lotōne. Gemin⁹ in platione. q2 geminate ꝓfuit. ſ. v̄bo ⁊ exemplo Sectus in paſſione. B

Thomas cātuariēſis archiepīs duꝫ in curia regis anglie ꝯſiſteret. ⁊ q̄dā ibidē fieri ꝯtraria religioni videret curiā ipſam deſeruit. ⁊ cantuarieñ archiepo ſe cōmiſit. a q̄ archidiacon⁹ fact⁹ ad p̄ces tñ ipſius archiepi. regis cancellariā ſuſcepit. vt prudētia q̄ erat p̄dit⁹ malignoꝝ in eccl̄iaꝫ ꝓhiberet inſult⁹. Quē adeo rex dilexit vt poſt deceſſum archiepi euꝫ in cathedralē honorē ꝑcurauerit ſublimari. Qui licet plurimum reſiſteret. tandē ad obediētie p̄ceptū humeros ſuppoſuit ad portandū. Subito aūt in viruꝫ ꝑfectū alterū ꝑmutat̄. ⁊ caro ei⁹ cilicio ⁊ ieiunijs macerat̄. nō ſolū ei cilicū ꝓ camiſia deferebat ſed ⁊ femoralia cilicina vſqꝫ ad poblicem baiulabat. Sanctitatē aūt ſuā ita ſubtiliter occultabat. vt ſaluo ſemꝑ honeſtatis rigore ſub decentia veſtium ⁊ apparatu vtenſilium ꝯcordaret moribus ſingulorū. Tredecim paupeꝝ pedes q̄tidie curuatis genibus abluebat. et refectos datis cuilibet q̄ttuor argenteis remittebat. Rex aūt ad volūtatem ſuā in detrimentū eccl̄ie ipm inflectere nitebat̄. volens vt ꝯſuetudines qs ꝯtra libertatē eccl̄ie p̄deceſſores ſui habuerāt. ab eodeꝫ ſibi firmarent̄. Qui duꝫ oīno aſſentire noluit. ꝯ ſe irā regis ⁊ p̄ncipū ꝓuocauit. Quadā aūt vice ſic ipſe cū alijs epīs a rege artat⁹. vt etiā ſibi mortis ſniaꝫ minaret̄. magnoꝝ viroꝝ de

ceptus ꝯſilijs. v͛botenꝰ aſſenſuꝫ p̄buit voto
regis. Veꝝ ex hoc videns aīaꝝ ꝑiculum im
minere. ſeipm̄ poſtmodū in pnīa ḡuiꝰ cruci
auit. ⁊ ab altaris officio ſe ſuſpendit q̄uſqꝫ a
ſummo pōtifice reſtitui mereret̃. Req̇rit de
niqꝫ rex. vt q̇d v͛bo dixerat ſcp̄to ꝯfirmaret.
Cui viril̃ ꝯtra dixit. ⁊ a curia erectā ſibi baiu
lans crucē diſceſſit ꝯclamātibꝰ impijs ꝯ eū.
Capite fureꝫ ſuſpendite ꝓditorē. Et ecce duo
magni ꝓceres ⁊ fideles ad eū fuſis lacrimis
veniētes ſub iuramēto aſſerūt ꝙ in eiꝰ mor:
tem multi ꝓceres ꝯiurarūt. Uir igit̃ dei ma:
gis eccl̄ie q̄ꝫ ſibi metuēs fugā inijt. ⁊ ſenonis
a papa alexādro ſuſceptꝰ. ⁊ ī monaſterio pō
tiniacenſi cōmendatꝰ poſtmodū in franciā
vſqꝫ deuenit. Rex vͦo dū romā miſiſſet. vt le:
gati venirēt q̄ hoc negociū diffinirent. oīno
repulſam patit̃. et ob h̄ in irā ꝯtra archiepm̄
ampliꝰ ꝯcitat̃. Un̄ oīa que erant archiepi et
ſuoꝝ diripuit. ⁊ totā eiꝰ ꝓgeniē exilio ꝯdēna
uit. nequaq̄ꝫ deferēs ꝯditioni vel ſexui. ordi:
ni vel etati. Ipſe aūt ꝓ rege et ꝓ regno anglie
q̇tidie exorabat. Reuelat̃ aūt archiepo ꝙ ad
ſuā eſſet eccl̄iam rediturꝰ. ⁊ ad chriſtū cū pal
ma martirij migraturꝰ. Septimo igit̃ āno
ſui exilij redire ꝯcedit̃. ⁊ a cunctis cū honore
ſuſcipit̃. C ¶ Per aliq̇t dies an̄ eiꝰ marti
rium iuuenis q̇dā de corꝑe exiēs. ⁊ poſtmo:
duꝫ miraculoſe rediēs aiebat. ꝙ vſqꝫ ad ſup:
mū ſanctoꝝ ordinē ductꝰ fuit. ⁊ int̃ apl̄os ſe
dem q̄ndā vacuā vidit. Percūctāti at cuiꝰ
eſſet h̄ ſedes angelꝰ rn̄dit. ꝙ cuidā magno ſa
cerdoti anglicorū a dn̄o ſeruaret̃. ¶ Sacer
dos q̇daꝫ miſſam de beata v͛gine celebrabat
q̇tidie. Qui archiepo accuſatꝰ ab eo accerſit̃
⁊ tanq̄ꝫ ideota ⁊ inſciꝰ ab officio ſuſpēdit̃. Cū
aūt beatꝰ thomas ciliciū ſuū ſuere deberet ⁊
ſub lecto ipm̄ abſcōdiſſet. vt ad ꝯſuenduꝫ ho
raꝫ captaret. bt̄a maria ſacerdoti apparuit di
cēs. Uade ad archiepm̄. eiqꝫ dicas. ꝙ illa ob
cuiꝰ amorē miſſas dicebas. eiꝰ ciliciū q̇d eſt
in tali loco ꝯſuit. ⁊ ſetā rubeā de q̄ illud cōſuit
ibidem reliq̇t. Illa igit̃ ſibi mādat ꝙ int̃dictū
q̇d tibi fecerat. debeat relaxare. Q̇d ille audi:
ens ⁊ ita inueniēs ſtupuit. ⁊ int̃dictū relaxās
ſacerdotē hoc ſecretū habere p̄cepit. Defen:
dit vt ꝓus iura eccl̄ie. nec a rege flectit̃ vi vel
p̄ce. Cū ergo nullatenꝰ flecti poſſet. ecce mili:
tes regis armati veniūt. et vbi archiepus ſit
vociferādo inq̇runt. Quibꝰ ille occurrens
dixit. Ecce ego. Quid vultiſ. Et illi. Uenimꝰ
vt occidaris. ⁊ vltra viuere nō valebis. Qui
bus ille dixit. Ego ꝓ deo mori paratus ſuꝫ et ꝓ
defenſione iuſticie et eccl̄ie libertate. Si igit̃
me q̄ritis. ex ꝑte dei oīpotentis ⁊ ſub anathe
mate ꝓhibeo ne hoꝝ cuiq̄ꝫ aliquatenꝰ noce:
atis. Deo aūt ⁊ bt̄e marie ⁊ ſanctis oībus et
beato dionyſio cāꝫ eccl̄ie ⁊ meipm̄ cōmēdo.
Quibꝰ dictis veneranduꝫ caput gladijs im
pioꝝ impetit̃. ſacra capitis corona p̄cidit̃ ce:
rebrū ꝑ eccl̄ie pauimētū diſꝑgit̃. ⁊ ſic martir
dn̄o conſecrat̃. anno dn̄i. M. clxxiij. ¶ D
Dū igit̃ clerici req̇em eternā incipent. ⁊ ꝓ eo
miſſam agerēt defunctorū ſubito vt aiūt an
geloꝝ choꝝ aſtātes voceſ cantantiū int̃rum
punt. martiris miſſaꝫ incipiūt. letabit̃ iuſtuſ
ꝯcinūt. ⁊ ceteri clerici ꝓſequūt̃. Hec eſt reue:
ra mutatio dextere excelſi. dū cantꝰ meroris
vertit̃ in canticū laudiſ. cū illū cui defunctoꝝ
ſuffragia incohauerāt martirū poſtmoduꝫ
hymnis laudant. Reuera eximia cōprobat̃
ſanctitate p̄ditꝰ. ⁊ martir dn̄i glo̾ioſus. quem
tāto honore angeli ꝓuenerūt. ⁊ ſanctoꝝ mar
tirū cathalogo aſcripſerūt. ¶ Paſſus eſt aūt
ſanctꝰ iſte ꝓ eccl̄ia. in eccl̄ia. in loco ſancto. ⁊
in tp̄e ſacro int̃ manꝰ ſacerdotū ⁊ religioſoꝝ
vt patiētis pietas. ⁊ ꝑſequentiuꝫ crudelitas
oñdat̃ ¶ Multa inſup̲ ⁊ alia miracula per
ſanctū ſuū dn̄s opari dignatꝰ eſt. Meritis
eī eiꝰ cecis viſus. ſurdis auditꝰ. claudis greſ:
ſus. vita mortuis reſtituta ſunt. Porro aq̄
qua pāni cōſperſi eiꝰ ſang̾ne lauabant̃ mul
tis extitit ī medelā. ¶ Quedā dn̄a de anglia
varios oculos habere ob laſciuiā ⁊ maioreꝫ
pulcritudinē affectabat. ſup̲ h̄ vouens votū
nudiſ pedibꝰ ſepulcrū beati thome viſitauit
Que cū in orōne ꝓſtrata iaceret. ſurgēſ inue
nit ſe penitꝰ excecatā. ſtatimqꝫ penitēs cepit
rogare beatū thomā vt iaꝫ nō varios ſed ſal
tem ſuos ſibi redderet oculoſ. q̇d tandē cum
magna difficultate vix valuit obtinere ¶ E
Quidam aūt illuſor aquā ſimpliceꝫ ꝓ aqua
ſancti thome dn̄o ſuo in pixide obtulit cōui:
uanti. Cui dn̄s ait. Si nil mihi vnq̄ꝫ furatuſ

fuiſti ſanctꝰ thomas aquā ſuā huc te deferre ꝑmittat. ſi aūt reus furti es aqua ipſa ꝓtinꝰ euaneſcat. Huic igiť dicto ille ꝯſenſit. ſciens ꝙ pixidē aq̄ nuꝑ impleuiſſet. Mira res. pixidem ꝯtinuo aꝑuerunt ⁊ vacuā inuenerunt Sicq₃ ſeruiēs in mendacio deꝓhendiť. ⁊ furti reus euidētius cōprobať. ¶ Auis quedā docta loq̄. cū niſus eā₃ inſeq̄reť ſic didicerat cepit clamare. Sācte thoma adiuua me. Et ſtatim niſus mortuꝰ cecidit. et illa euaſit. Quidā quē ſanctꝰ thomas valde dilexerat cum grauiť infirmareť. iuit ad eius tumbā₃ ⁊ ꝓ ſanitate ſua rogauit. ⁊ ad libitū impetrauit. S₃ cū ſanatꝰ rediret. cepit cogitare ꝙ illa ſanitas aīe ſue forſitan nō expediret. Vñ iterum rediēs ad ſepulcrū orauit. vt ſi nō eſſet vtile aīe ſue cōtinuo infirmitas ipſa rediret. Statimq₃ infirmitas rediit ſicut ꝓus ¶ In eius aūt interfectores intantū vltio diuina deſeuit. vt alij digitos dentibꝰ ſuis fruſtatim diſcerpētes. alij ſanie defluētes. alij paliſi diſſoluti. alij amētes effecti miſerabiliť interirēt

XII A

## ¶ De ſancto ſilueſtro

**S**Ilueſter dr̄ a ſile qđ eſt lux ⁊ t̄ra quaſi lux terre. i. eccleſie. que inſtar bone t̄re hab₃ pinguedinem bone opationis. nigredinē humiliationis. ⁊ dulcedinē deuotōnis. Per iſta enī tria agnoſciť bona terra. vt ait palladiꝰ. Vel ſilueſter dr̄ a ſilua ⁊ theos. q2 hoīes ſilueſtres id ē incultos ⁊ duros ad fidem chriſti traxit. Vel ſicut dr̄ in gloſario. Silueſter dr̄ viridis agreſtis. vmbroſus. nemoroſus. Viridis celeſtia ꝯtemplando. Agreſtis ſeipm̄ excolendo. Vmbroſus ab omni ꝯcupiſcētia refrigeratus. Nemoroſus inť arbores celi plantatus. Eiꝰ legendā cōpilauit euſebius ceſarienſis. quā beatꝰ gelaſius in ꝯcilio ſeptuaginta ep̄oꝝ a catholicis legēdā₃ cōmemorat. ſicut in decreto habeť B

**S**Ilueſter a matre re et noīe iuſta genitꝰ. ⁊ a cirino p̄ſbitero eruditꝰ hoſpitalitate₃ ſūmope exercebat. Thimotheꝰ aūt q̄dā₃ chriſtianiſſimꝰ ab eo in hoſpitiū ſuſcipiť. q̄ tñ ob ꝑſecutionē ab alijs vitabať. Hic thimotheꝰ ꝑ vnū annū ⁊ tres mēſes p̄dicauit. ⁊ poſtea coronā aſſecutꝰ ē martirij. dum p̄dicaret cōſtantiſſime fidē chriſti. Putās aūt tarq̄niꝰ p̄fectꝰ thimotheū multis abūdaſſe diuitijs. eas a ſilueſtro expetiit inferens ei minas mortis. S₃ cum v̄e thimotheū hmōi diuitias non habuiſſe cōperit. ſilueſtrū idolis imolare p̄cepit. alioq̄n in craſtinū diuerſa reciperet genera tormentoꝝ. Cui ſilueſter. Stulte hac nocte morieris. Et ſempiťna tormēta recipies. ⁊ velis nolis verū deum eſſe quē colimꝰ recognoſces. Silueſter igiť carceri tradiť. ⁊ tarq̄nius ad prandium inuitať. Dū ergo comederet. os piſcis in eiꝰ gutture ſic v̄ſať. vt nulla rōne reijcere potuerit vel glutire. Sicq₃ media nocte defunctꝰ ad tumulū cum luctu duciť ⁊ ſilueſter cum gaudio a carcere liberať. Qui nō ſolū a chriſtianis ſed etiā a paganis miro diligebať affectu. Erat ei aſpectu angelicus. ſermone nitidus. integer corꝑe. ſanctꝰ oꝑe. ꝯſilio magnꝰ fide catholicus. ſpe patientiſſimus. charitate diffuſus. Mortuo igiť melchiade ep̄o vrbis rome. ſilueſter ab omni plebe plurimū renitens in ſummū pontificē eſt electꝰ. Hic oīm orphanoꝝ. viduarū ⁊ pauꝑū noīa in matricula ſcp̄ta habebat. ⁊ omnibꝰ neceſſaria ꝓuidebat. Hic quartū ⁊ ſextū diem ⁊ ſabbatū ieiunijs inſtituit obſeruandū. q̄ntū₃ v̄o quaſi dn̄icum celebrandū₃. Grecis v̄o chriſtianis dicentibꝰ ſabbatū diē potius q̄₃ q̄ntū celebrādū₃. rn̄dit hoc fieri nō debere. q2 hoc eſt traditionis ap̄lice. et q2 dn̄ice debeť cōpaſſio ſepulture. Cui illi. Vnū eſt ſabbatū ſepulture in q̄ ſemel in anno ieiunium eſt exhibendū₃ Quibꝰ ſilueſter. Sicut oīs dies dn̄icꝰ reſurrectōis gloria. ſic omne ſabbatū decorať dn̄ica ſepultura. Igiť de ſabbato acq̄eſcunt. ſed de q̄nta feria vehementť ꝯtendūt. aſſerentes nō debere chriſtianoꝝ ſolennitatibꝰ ſociari. Silueſter aūt eiꝰ dignitatē p̄cipue in tribus oſtendit. Quoniā hac die dn̄s ad celos aſcēdit Et corꝑis ⁊ ſanguinis ſacramentū inſtituit. Et ſacrū chriſma eccl̄ia ꝯficit. Omnes igiť rōnibus eiꝰ acq̄eſcūt. C ¶ Perſequēte aūt cōſtātino xp̄ianos ſilueſter de vrbe exijt. ac in q̄dam mōte cū ſuis clericis māſit. Ipſe autē

ꝯſtātinꝰ merito ꝑſecutōis tyrānice ī incura
bilem cecidit plagā lepre. Tandē ad ꝯſilium
pontificū idolorū adducta ſūt tria milia pue
roꝝ vt eos occidi faceret. ⁊ ſe in eorū ſangne
recenti ⁊ calido balnearet. Egrediēte aūt eo
ad locū vbi balneū ꝑari debebat. matres pu
eroꝝ eidē occurrūt. que ſolutis crinibꝰ miſe
rabilit̄ vlulabāt. Et lacrimās ꝯſtātinꝰ iuſſit
ſtare currū. ⁊ erigens ſe dixit. Audite me co
mites ⁊ cōmilitones et oēs ꝑplī q̄ aſtatis. Di
gnitas romani imꝑij d̄ fonte naſcit̄ pietatis
que hāc etiā legē dedit vt capitali ſnīa ſubde
ret̄ q̄cunq3 in bello aliquē occidiſſet infantē
Quāta ergo erit crudelitas vt h̄ noſtris fa-
ciamꝰ filijs. qđ fieri ꝓhibuimꝰ alienis. Quid
iuuat barbaros ſuꝑaſſe ſi a crudelitate vica
mur. Nā viciſſe extraneas natōes rōne viri
um eſt bellantiū ꝓꝓ'oꝝ. vincere autē vicia et
peccata vīrꝰ eſt moꝝ. In illis ergo ꝓlijs forti-
ores nos exiſtimꝰ illis. In his vō nobiſmet
ipſis fortiores ſumꝰ. Qui ei fuerit in iſto cer
tamīe ſuꝑatꝰ. victoriā obtinet victꝰ. Victor
ei poſt triūphū vincit̄. ſi pietas ab impietate
ſuꝑat̄. Vincat ergo nos pietas ī iſto ꝯgreſſu
Bn̄ enim oīm aduerſantiū poterimꝰ eſſe vi
ctores. ſi ſola pietate vincamur. Dīm eniz ſe
eſſe dñz cōprobat. q̄ ſeruū ſe mōſtrauerit pie
tatis. Meliꝰ eſt ergo me mori ſalua vita ino
centiū q̄3 ꝑ eoꝝ interitū vitā recuꝑare crude
lem. Quā tn̄ recuꝑare incertū eſt. cuz tn̄ cer
tum ſit ꝙ ſic recuꝑata crudelis eſt. Iuſſit igit̄
vt matribꝰ ſuis pueri redderent̄. ⁊ dona plu
rima ⁊ infinita vehicula ꝓberent̄. Sicq3 ma
tres q̄ flēdo venerāt. ad loca ſua cuz gaudio
redierūt. Ipſe aūt imꝑator ad palatiū ſuum
reuerſus eſt B ¶ Sequente vō nocte pe
trus ⁊ paulus aꝑparuerūt ei dicētes. Quoni
am exhorruiſti effuſionē ſanguis innocētis
miſit nos dñs ieſus xp̄us dare tibi recuꝑan
de ꝯſilium ſanitatis. Silueſtrum igit̄ epm̄ q̄
apud montē ſiraptim latitat accerſire. H tibi
piſcinā oſtendꝫ. in qua imerſus tercio ab oī
curaberis lepre morbo. Tu vō chriſto hanc
viciſſitudinē reddas vt idoloꝝ templa diru
as. Chriſti reſtaures ecclias. et eiꝰ deinceps
cultor fias. Euigilans igit̄ ꝯſtantinꝰ. ſtatim
milites miſit ad ſilueſtruz. Videns aūt ſilue
ſter milites ſtatim ad palmā martirij credi
dit ſe vocari. Deo aūt ſe recōmendans et ſo
cios ſecū adhortās. Conſtātino intrepidus
ꝓſentat̄. Cui ꝯſtantinus aſſurgēs ait. Bene
te veniſſe gratulamur. Qui a ſilueſtro reſa
lutatus narrauit ei ꝑ ordinē ſui ſomnij viſio
nem. Percunctanti vō conſtātino q̄ eſſent
illi duo dij qui ſibi aꝑparuerūt. Silueſter re-
ſpondit illos eſſe chriſti apoſtolos ⁊ non de-
ōs. Tūc ad preces imperatoris ſilueſter apo
ſtolorum imagīes iuſſit ſibi afferri. Quas
vt imperator aſpexit. tales eſſe qui ſibi aꝑpa-
ruerūt declamauit. Silueſter igitur euz ca-
thecuminū fec. ⁊ vniꝰ ebdomad' ieiuniū ſibi
indixit. et carceres aperire monuit. Cūq3 in
aquā deſcendiſſet baptiſmatis. mirabilis ibi
emicuit ſplendor lucis. Sicq3 inde mundꝰ
exiuit. et chriſtū ſe vidiſſe aſſeruit. Prima āt
die ſui baptiſmatis hāc legē dedit vt chriſtus
ab vrbe romana tanq̄3 verꝰ deus coleretur.
Secūda vt ſi q̄s chriſtuz blaſphemaret capi
te puniret̄. Tertia vt q̄cunq3 chriſtiano feciſ
ſet iniuriā honoꝝ ſuoꝝ ꝑte dimidia priuaret̄
Quarta vt ſicut imꝑator rome. ſic romanꝰ
pōtifex caput ab vniuerſis epiſcopis habeat̄
Quinta vt quicunq3 in ecclias cōfugerit ab
omnibꝰ ſeruetur iniurijs immunis. Sexta
vt nullus niſi de licentia ſui antiſtitis eccleſi
am edificet intra muros alicuius ciuitatis.
Septima vt ad edificationē eccleſiaruz deci
me poſſeſſionū regaliuz tribuātur. Octaua
imperator ad eccleſiā ſancti petri venit. et de
ſuis culpis ſe lamētabiliter accuſauit. Poſt-
modū arrepto bidente ad fundamentuz ba
ſilice eccleſie conſtruendū terrā primus ape
ruit. et duodecim cophinos in ſuis ſcapulis
foras eiecit E ¶ Hec vbi helena mater cō
ſtantini auguſti in bethania conſiſtēs audi
uit per litteras laudat filiuz ꝙ abrenūciaſſet
ſimulacris idolorū. ſed dure increpat ꝙ reli
cto deo iudeorū crucifixū hoīem deū colat.
Reſcribit aūt auguſtꝰ vt iudeoꝝ magiſtros
ſecum adducat. ⁊ ipſe chriſtianorū doctores
proferret. vt ſic ex diſputatione mutua aꝑpa
reat fides vera. Adduxit igit̄ ſctā helena cen
tum quadraginta vnū doctiſſimos iudeorū
Inter quos duodecim erant qui ſapiā et elo

quentia ꝑ ceteris rutilabāt. Cū igit̄ ſilueſter
cū clericis ſuis ⁊ ꝑdicti iudei ad diſputandū
corā imperatore inſimul ꝯuenissent. de cōmu
ni ꝯſenſu duos iudices gētiles ſapiētiſſimos
et ꝓbatos nōie craton ⁊ zenophilū ſtatue
rūt. ad quos ꝑtineret ſnīa dicendoꝝ. Qui li
cet gētiles erāt. tñ iuſtiſſimi ⁊ fideles. Taliq;
int̄ eos ſententia eſt firmatū vt vno ſtante et
loquēte aliꝰ nō loquat̄. Incipiens igit̄ pri
mus de illis duodecim nōie abiathar ait.
Cū iſti tres deos dicāt patrē et filiū ⁊ ſpūm
ſanctū. manifeſtū eſt eos ꝯtra legē agere que
dicit. Videte q2 ego ſum ſolus deꝰ. et nō eſt
aliꝰ deus ꝑter me. Deniq; ſi dicūt xp̄m deū
eſſe q2 multa fecit ſigna. In noſtra etiā lege
multi fuere q̄ miracula plurima fecerunt. et
tñ nunq̄ ex hoc deitatis nomen ſibi vſurpa
re auſi ſūt ſicut iſte ieſus quē iſti adorāt. Ad
quē ſilueſter. Nos vnū deum colimꝰ. ſed nō
in tāta ſolitudine eū dicimus vt gaudiū filij
nō haberet. Ex veſtris aūt libris vobis trini
tatē pſonaꝝ demonſtrare valemꝰ. Nam pa
trem dicimꝰ de quo ꝓpheta ait. Ipſe inuoca
uit me pater meus es tu ⁊c̄. Filium de q̊ idē
Filius meus es tu. ego hodie genui te. Spi
ritum ſanctū. de q̊ idem. Spū oris eius om
nis v̄tus eoꝝ. In hoc etiā qđ dixit. faciamus
hominē ad imaginē ⁊ ſimilitudinē noſtram
euidēter ⁊ pſonaꝝ pluralitatē. ⁊ diuinitatis
vnitatē demōſtrat. Licet aūt ſint tres pſone
vnus tñ deus eſt. Qđ exemplo viſibili aliq̄
tenus demōſtrare valemus. Et accipiēs pur
puram impatoris tres ſibi plicas fecit dicēs
Ecce videtis tres plicas. Et explicās eas ait.
Ecce q2 tres plice ſunt vnꝰ pānꝰ. ita tres per
ſone ſunt vnus deus. De hoc aūt qđ dicitur
ꝙ ex miraculis deus credi non debet. cum
alij plures ſancti miracula fecerūt. nec tamē
ſe deos dixerūt ſicut xp̄us deum ꝑ hoc ſe aſſe
rere voluit. Certe deus ſupbiētes ꝯtra ſe nū
q̄ paſſus eſt ſine pena acerrima ꝑterire. ſicut
patet in dathan ⁊ abyron alijſq; q̄ pluribus
Quō ergo mentiri potuit ⁊ ſe deū dicere qđ
nō erat. cum eū ſe deū dicentē nulla pena ſe
cuta fuerit. ſed v̄tutum efficacia comitabat̄.
Tūc iudices dixerunt. Conſtat abiathar a
ſilueſtro ſupatum.. Nam et rō hoc docet. q2
ſi deus nō eſſet ⁊ ſe deum dixiſſet. conferre vi
tam mortuis nō valeret. Tūc illo amoto
ſecūdus qui ⁊ ionas dicebat̄ ad ꝯflictum ac
cedens ait. Abraam a deo circūciſionē acci
piens iuſtificatꝰ fuit. ⁊ etiā omnes filij abrae
ꝑ circūciſionem iuſtificabant̄. Igit̄ qui non
fuerit circūciſus nō erit iuſtificatꝰ. Ad quē
ſilueſter. Conſtat abraā añ circūciſionē deo
placuiſſe ⁊ amicū dei appellatum eſſe. igit̄ nō
circūciſio ip̄m ſanctificauit. ſed fides ⁊ iuſti
cia ipſum deo placere fecit. Non igitur acce
pit circumciſionem in ſanctificationem ſed
in diſtinctionem. Iſto ſupato tercius q̊ ⁊
godolias accedens ait. Quomodo chriſtus
veſter poteſt eſſe deus. cum aſſeratis eū eſſe
natum. temptatū. traditum. nudatum. felle
potatum. ligatū. crucifixum. ſepultum. cum
hec omnia in deo eſſe nō poſſint. Ad hoc ſil
ueſter. De veſtris libris hec omnia ꝓbamus
de chriſto fuiſſe ꝑdicta. Nam de eius natiui
tate dixit eſaias. Ecce virgo concipiet ⁊c̄. De
eius temptatione zacharias. Vidi ieſum ſa
cerdotem magnū ſtantem coram angelo ⁊
ſathan ſtabat a dextris eius ⁊c̄. De eiꝰ tradi
tione. p̄s. Qui edebat panes meos magnifi
cauit ſup me ſupplantationē ⁊c̄. De eiꝰ nuda
tione idem. Diuiſerūt ſibi veſtimēta mea ⁊c̄
De eius potatione fellea idem. Dederūt in
eſcam meam fel ⁊c̄. De eiꝰ ligatione heſdras
Vinxiſtis me nō ſicut prēm q̊ liberaui vos
de terra egypti clamātes ante tribunal iudi
cis humiliaſtis me. ſuſpēdentes in ligno tra
didiſtis me. De eius ſepultura Hieremias
In ſepultura eius reuiuiſcent mortui. Cum
ergo godolias quid reſponderet non habe
ret. data ſententia remotꝰ eſt. Quar
tus qui ⁊ annas accedēs ait. Ea que đ alijs
dicta ſūt. ſilueſter iſte de ſuo chriſto predicta
fuiſſe firmat. Vnde ſupereſt vt probet hec đ
ſuo chriſto dicta fuiſſe. Ad quem ſilueſter.
Habis ergo alium quē virgo concepit. qui
felle eſt cibatus. ſpinis coronatus. crucifixꝰ.
mortuus. ⁊ ſepultus. qui reſurrexit a mortu
is. et ad celos aſcendit. Tunc conſtantinus
ait. Si alium non dederit ſciat ſe eſſe ſuperā
tum. Qui cum hoc facere non poſſet amo
uetur. Quintus qui ⁊ doech producitur

qui ait. Si ex ſemine dauid xp̄us iſte natus
eſſet ⁊ ſanctificatꝰ. vt dicitis. ergo baptizari
nō debuit vt iterum ſanctificaret̄. Ad quez
ſilueſter. Sicut circūciſio ī xp̄i circūciſione
finez accepit. ita noſter baptiſmus in chriſti
baptiſmate initiuz ſanctificationis habuit.
Nō ergo baptizatꝰ eſt vt ſanctificaret̄. ſed vt
ſanctificaret. Qui cū taceret ait ꝯſtantinus.
Non taceret doctor ſi haberet ꝯtraria que ꝑ
ferret. ¶ Tūc ſextus q̄ ⁊ chuſi ait. Vellemꝰ
vt ſilueſter ille cauſas huiꝰ virginalis ꝑtus
nobis exponeret. Ad quē ſilueſter. Terra d̄
qua adam formatꝰ eſt incorrupta erat ⁊ vir
go. q2 nec dū ſe ad bibendū humanū ſanguinē
ap̄uerat. nec maledictōz ſpinaꝝ acceꝑat. nec
hominis mortui ſepulturā habebat. nec ſer-
penti data fuerat ad edēdū. Oportuit ergo
ex maria v̓gine nouū adam fieri. vt ſicut ſer-
pens natuz ex v̓gine vicerat. ſic a nato ex v̓gi
ne vinceret̄. Et q̄ ade victor extitit in ꝑadiſo.
ipſe temptator factꝰ eſt dn̄i in deſerto. vt qui
adam vicerat mādu cantē vinceret̄ a dn̄o ie-
iunante. Hoc ſuꝑato ſeptimus qui ⁊ benia
min ait. Quō chriſtus veſter filiꝰ dei pōt eſſe
qui a diabolo tēptari potuit. vt mō fame pa
nem ex lapidibꝰ facere vrgeret̄. mō in templi
celſitudinē leuaret̄. modo ad adorādū ipm̄
diabolum induceret̄. Ad qđ ſilueſter. Si di
abolus ideo vicit. q2 ab adam mādu cāte eſt
auditꝰ. conſtāt iō eum fuiſſe ſuꝑatum. quia
eſt a chriſto ieiunāte ꝯtemptus. Nos autez
eū nō in quātū deus ſ3 in q̄ntum homo tem
ptatū eſſe fatemur. Ideo aūt triplicit̄ eſt tem-
ptatꝰ. vt a nobis oēs temptatōnes exclude-
ret. ⁊ formā vincendi daret. Sepe nanq3 in
hoīe victoriaz abſtinentie ſequit̄ temptatio
hūane glorie. ⁊ temptatōem humane glorie
appetitꝰ dominij ⁊ excellētie comitat̄. Ipſe igi
tur a chriſto in his vincit̄ vt vincendi nobis
forma donet̄. Iſto ſuꝑato octauus qui et
aroel ait. Conſtat q2 deus ſumme ꝑfectꝰ eſt
et nulliꝰ indiget. qđ ergo ei opus fuit vt na-
ſceret̄ in chriſto. Quō iterum xp̄m verbum
appellas. S3 et hoc conſtat. q2 deꝰ anteq̄3 ha
beret filiū pater dici nō potuit. ergo ſi pater
chriſti poſtea dictꝰ eſt mutabilis factus eſt.
Ad hoc ſilueſter. Filius ante tp̄a ex patre eſt
genitus. vt faceret que non erant. ⁊ in tp̄e eſt
natus. vt reficeret que ꝑierant. Que ⁊ ſi ſolo
v̓bo reficere poterat. tn̄ ꝑ paſſionem niſi hō
fieret redimere nō valebat. q2 in ſua deitate
ad patiendū aptus nō erat. Nec hoc erat im
ꝑfectionis ſed ꝑfectiōis ſi in ſua nō erat dei-
tate paſſibilis. Porro filiū v̓bum dei dici ex
eo ꝑ3. q2 ꝓpheta ait. Eructauit cor meū ver
bum bonuz. Deus q̊3 ſemꝑ pater fuit. quia
ſemꝑ eius filius extitit. Filius enim eius eſt
verbum eius. ſapientia eius. v̓tus eiꝰ. In pa
tre aūt ſemꝑ fuit verbuz iuxta illud. Eructa-
uit cor meum v̓bum. Semꝑ ſapientia iuxta
illud. Ego ex ore altiſſimi prodij primogeni
ta ante omnem creaturam. Semper v̓tus.
iuxta illud. Ante omnes colles ego parturij
nec dum fontes aquarum eruperant ⁊c. Cū
ergo pater nunq̄3 fuerit ſine verbo. ſapiētia
⁊ v̓tute. quomodo putas hoc nomen ſibi ex
tempe aduenisse. ¶ Hoc ergo amoto. nonꝰ
qui et iubal dixit. Conſtat quia deus coniu-
gia nō damnat. nec eis maledixit. quare er-
go de coniugio natum denegatis hunc eſſe
quē colitis. niſi vt obfuſcare coniugia ſtude
atis. Rurſus quō temptat̄ qui potēs eſt. pa
titur qui virtus eſt. moritur qui vita eſt. De
niq3 ad hoc cogeris. vt duos filios eſſe dicas
vnum quē pater genuit. alterum quē virgo
generauit. Rurſus quomodo fieri poteſt vt
patiatur homo qui aſſumptus eſt ſine leſio
ne eius a quo aſſumptꝰ eſt. Ad hoc ſilueſter
Nos chriſtum nō ideo natuz de virgine di-
cimus vt coniugia cōdemnemꝰ. ſed cauſas
virginei partus rationabiliter acceptamus
nec hac aſſertione obfuſcantur. ſed ornātur
cōiugia. quoniam hec virgo que chriſtum
peperit. de cōiugio nata eſt. Temptatur au-
tem chriſtus vt omnes temptatōnes diabo
li vinceret. patit̄ vt vniuerſas paſſiones ſubij
ceret. moritur vt mortis imperium ſubiuga
ret. Hac quoq3 filius vnus in chriſto eſt qui
ſicut eſt vere dei filiꝰ inuiſibilis. ita viſibilis
eſt chriſtus. Eſt ergo inuiſibile hoc quod eſt
deus. ⁊ eſt viſibile hoc quod eſt homo. Pa-
ti v̓o poſſe hominē aſſumptuz ſine paſſione
eius qui aſſumpſit exemplo doceri poteſt.
Nā p̄ntis purpure regis vtamur exemplo.

Lana ei̅ fuit. ⁊ huic lane ſanguis accedẽs co
lorem purpureu̅ ꝓbuit. Cu̅ ergo teneret̃ digi
tis et torqueret̃ in filo. q̃d torquebat̃. hoc q̃d
regie dignitatis color eſt. an hoc q̃d lana ex
titerat anteq̃ȝ purpura fieret. Lane ergo aſſi
milat̃ hõ. colori purpure deus. q̃ ſimul in paſ
ſione fuit du̅ pateret̃ in cruce. ſed paſſioni in
nullo ſubiacuit. ¶ Decimꝰ q̃ et thara dixit.
Nõ mihi placet iſtud exemplu̅ȝ. q̃ȝ ſimul co
lor torquet̃ cum lana. Cui cu̅ omnes ꝯtradi
cerẽt. ſilueſter dixit. Accipe ergo aliud exem
plum. Arbor hñs in ſe ſolis ſplendorẽ. cu̅ in
ciditur q̃dem ſuſcipit ſplendor au̅t ab in
ciſione imunis exiſtit. Sic hoie patiente di
uinitas nulli paſſioni ſubiacuit. G ¶ Vn
decimꝰ q̃ et ſileon ait. Si d̃ chriſto tuo ꝓphe
te iſta vaticinati ſunt. tante irriſionis. paſſio
nis. ⁊ mortis cauſas ſcire vellemus. Et ſilue
ſter. Eſuriuit xp̄us vt nos reficeret. Sitiuit
vt ariditati noſtre vitalia pocula miſtraret.
Temptatꝰ eſt vt nos a temptatõibꝰ libera
ret. Tentꝰ eſt vt nos a demonu̅ captura redi
meret. Irriſus eſt vt nos ab irriſione demo
num erueret. Ligatꝰ eſt vt nos a nodo male
dictionis abſolueret. Humiliatꝰ eſt vt nos
exaltaret. Expoliatus eſt vt nuditatẽ ꝓme ꝑ
uaricationis indulgẽtie indumento tegeret
Spineã coronã accepit vt flores ꝑadiſi per
ditos redonaret. In ligno ſuſpenſus ẽ. vt cõ
cupiſcentiã in ligno genitã damnaret. Felle
et aceto potatꝰ eſt vt hominẽ ad t̃rã fluenteȝ
lac ⁊ mel introduceret. ⁊ fontes nobis melli
fluos aperiret. Mortalitateȝ ſuſcepit vt ſuã
nobis immortalitatẽ donaret. Sepultꝰ eſt
vt ſanctorꝫ ſepulturas benediceret. Surrexit
vt mortuis vitã redderet. Aſcendit in celum
vt celi ianuã aꝑiret. Sedet a dextris dei vt ꝑ
ces credentiu̅ exaudiat. Hec ſilueſtro ꝓſequẽ
te. vniuerſitaȝ impator q̃ȝ iudices ⁊ iudei in
laudeȝ ſilueſtri ꝓruperu̅t vnanimit̃. ¶ Tu̅c
indignatus duodecimꝰ qui ⁊ zambri indig
tõne magna dixit. Miror vos ſapiẽtiſſimos
iudices v̓borꝫ ambagibꝰ credere ⁊ dei om
nipotentiã eſtimare humana rõne cõcludi.
Sed iam ceſſent v̓ba et veniamus ad facta.
Stultiſſimi nanq̃ȝ ſunt q̃ crucifixum colu̅t.
cum ego nomen dei oĩpotentis ſciam. cuius

v̓tutem nec ſufferunt ſaxa nec audire valet q̃
libet creatura. Et vt me veru̅ dicere cõprobe
tis. thaurꝰ ad me ferociſſimus adducat̃. ⁊ du̅
in eiꝰ aure nomen iſtd̃ inſonuerit. thaurus
illico morietur. Ad quẽ ſilueſter. Et tu quõ hoc
nomẽ nõ audieſ didiciſti. Zambri dixit. Nõ
eſt tuum hoc noſcere myſteriu̅. q̃ iudeorum
inimicus es. Adducit̃ au̅t thaurus ferociſſi
mus vix a centu̅ hominibus fortiſſimis tra
ctus. At vbi zambri in aure eius v̓bum ꝓtu
lit. cõtinuo thaurus mugiens oculoſq̃ȝ eijci
ens expirauit. Omnes igit̃ iudei vehemẽter
acclamãt et ſilueſtro inſultant. Quibꝰ ſilue
ſter Nõ dei nomen ꝓtulit. ſed nomẽ peſſimi
demonis noiauit. Deus ei̅ meus ieſus xp̄s
nõ ſolum viuẽtes mortificat. ſed etiam mor
tuos viuificat. Nã occidere poſſe ⁊ viuifica
re nõ poſſe eſt leonu̅. ſerpentum ⁊ feraru̅. Si
ergo vult vt credam ꝙ nomen demonis nõ
fuerit. dicat iterum ⁊ viuificet quod occidit.
Nã de deo ſcͥptum eſt. Ego occidam et ego
viuere faciam. Qd̃ ſi non poterit nomen de
monis abſq̃ȝ dubio noiauit. qui viuentẽ oc
cidere põt. mortuum viuificare non poteſt.
Cunq̃ȝ zambri ad ſuſcitandu̅ thaurum a iu
dicibꝰ vrgeret̃ dixit. Suſcitet euȝ ſilueſter in
noie ieſu galilei. ⁊ oẽs in eu̅ credemꝰ. Naȝ et
ſi pennis poſſet volare. iſtud t̃n nõ valeret ꝑ
ficere. Oẽs igit̃ iudei ſi thaurꝫ ſuſcitauerit ſe
credituros ꝓmittu̅t. Tunc ſilueſter orõne fa
cta ad aurem thauri ſe applicans dixit. O no
mẽ maledictõis ⁊ mortis. egredere iuſſu dñi
noſtri ieſu xp̄i. In cuiꝰ noie tibi dico. Thau
re ſurge. ⁊ ad armentum tuu̅ manſuetus re
cede. Statim igit̃ thaurꝰ ſurrexit. ⁊ cu̅ omni
mãſuetudine abijt. Tu̅c regina iudei iudices
⁊ ceteri omnes cõuerſi ſunt ad fidẽ. ¶ P
Poſt aliquot v̓o dies idoloru̅ põtifices ad
impatorem venerunt dicẽtes. Sacratiſſime
impator ille draco q̃ eſt in fouea poſtq̃ȝ fidẽ
xp̄i recepiſtis plꝰ q̃ȝ. ccc. hoies quotidie interfe
cit flatu ſuo. Conſulente ſuꝑ hoc ꝯſtantino
ſilueſtrum rñdit. Ego ꝑ chriſti v̓tutem eum
ab omni leſione ceſſare faciaȝ. Promittunt
põtifices ſe ſi h̃ faceret credituros. Orãte aũt
ſilueſtro ſanctꝰ petrꝰ apparuit ei dicens. Se
curꝰ ad dracone̅ deſcende tu ⁊ duo pꝛ̃ſbyteri

